

www.e-rara.ch

**Cosmographiae Universalis Lib. VI. in quibus iuxta certioris fidei
scriptores, sine omni cuiuscunque molestia, vel laesione describuntur**

Münster, Sebastian

Basileae, [1572]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-135810>

Poloniae Et Ungariae Descriptio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]


Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

POLONIAE ET VNGARIAE DESCRIPTIO.



Vngariae regio multo tempore peregrinarum gentium fuit sedes. Olim enim habitauerunt in ea Pannonnes & Peones, deinde Gothi, post Gothos Huni, post Hunos Langobardi, Langobardis rursus successerunt Huni, & tandem occupauerunt eam Vngari anno scilicet Christi 900. Et cum multa mala intulissent toti Germania, anno Christi 954. à Cæsare Ottone prope Augustam Vindellicorum caesi, humiliores effecti sunt. Postea anno Christi 1006. Sanctus Henricus imperator tradidit sororem suam Giselam duci Vngarorum in matrimoniū, ut infidelis uir per mulierem sanctam Christo acquireretur, id quod & breui factū est, appellatusq; fuit in baptismo dux ille Stephanus, primus Vngariae Christianus rex, cui successerunt 29. reges usq; ad Maximilianum, qui hoc tempore regnum illud possidet, & est in ordine trigessimus rex Fuit Vngaria ante paucos annos latissimum regnum, sed per Turcas magna pars est illi adempta. Anno enim Christi 1396. ablata est Bulgaria. Deinde anno 1521. expugnatum fuit Belgradum, uulgo Kriechesuiyssenburg, unicū Vngariae contra Turcas praesidium, &c. Poloniae ducatus ab imperatore Ottone secundo erectus est in regnum, sed paulò post cum rex cristas erigeret contra Imperatorem, rursus fuit regnum in ducatum redactum, mansitq; ducatus tributarius Romano imperio usq; ad annum Christi 1077. Tunc cum Germania principes seditiosi essent contra imperatorem Henricum quartum, dux Poloniae propria autoritate sibi imposuit regium diadema, unctus ab episcopis quos in ducatu suo habuit. Metropolis totius regni est Cracouia sita ad fluium Vistulam quam aiunt denominatam & constructam anno 50. post Christum natū à Craco primo regionis duce. Est terra ipsa plurimum nemorosa, habens multa pecora & feras, praesertim equos syluestres, uros, ceruos &c. Foditur in regno sal plurimum, unde incolae maximum faciunt emolumentum, deinde nemora abundant apibus & melle, quae ferè Polonorum sunt diuitiae.

POLONIAE ET V



ET ARIAE TABVLA

